

DISSERTATIO INAUGURALIS  
M E D I C A

Exhibens Theoriam ac Praxin

PLEURITIDIS,

*Quam*

SUMMO ARCHIATRO DEO O. M.  
P R Æ S I D E

E x

AUCTORITATE atque CONSENSU

*Nobilissima & Amplissima*

FACULTATIS MEDICÆ,

In

Inclyta Clivorum Duisburgensi UNIVERSITATE.

P R O L I C E N T I A

Summos in Medicina Honores, Privilegia ac Ti-  
tulum DOCTORIS rite & Majorum more  
solenniter obtinendi

*Publico Eruditorum examini sistit*

JOHANNES DANIEL Schellwald/  
DIERDORPIO-WEDANUS.

*Die Maji, M. DCC.*


*In Auditorio Solemni horis consuetis.*

---

DUISBURGI ad RHENUM,  
Typis JOHANNIS SAS, Academiæ Typographi,

14  
2





Faint, illegible text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side. Some words are partially discernible, such as "LECTOR" and "DANIEL".





Q. D. B. V.

A D

LECTOREM VERITATIS  
STUDIOSUM

P R Æ F A T I O.



Uotidiana experientia constat, BENE-  
VOLE LECTOR, Microcosmum  
illum hominem non paucioribus,  
quam Macrocosmum, imo pluribus,  
ausim dicere, mutationibus ac vicissi-  
tudinibus, obnoxium. Cuius enim  
hominum, artificiosissimam illam cor-  
poris humani Machinam, attendenti  
cam, ab ipsis nativitatibus primordiis, ad extremum vitæ  
finem innumeris calamitatibus ac in commodis, imo &  
periculosissimis malis subjectum esse, manifestum erit.  
Locupletissima hujus rei testimonia sunt Morbi, qui ob-  
servantibus Medicorum filiis tota die in publicam lucem  
prorepentes, in scenam prodeunt. Horum alii Palla-  
dis arcem caput occupantes, spirituum morum valde  
perturbant ac non raro rationis quasi eclipsin deliria in-  
ferunt: alii primas sic dictas vias invadentes ventriculi  
dige-

A 2

16

B  
AB  
 digestionem, chylicationem ac liquorem gastricum infigniter lædunt & enervant: alii præcordia ceu vitæ fontem infestantes, respirationem difficiliorem, deglutitionemque minus liberam reddentes, dolores atrocissimos & semper satis molestos producant; Quodsi ex his ultimis quosdam perlustrare lubet, quid quæso faucibus ac laryngis pharyngisque orificio insensius *Angina?* quid pulmonum parenchymati molestius *peripneumonia?* quid thoracis interiori cavitati inimicius & perniciosius *Pleuritide?* Hæc præcipue ex omnibus illis caput extollit, & miseris mortalibus, sicut omnes Morbi acuti, continuo insidias struit ac non paucos quotannis in Charontis præcipitat Cymbam. Atque hæc causa fuit, quod, cum coronidem Medico studio pro more imponere cogitarem, non diu de eligendo themate, anxius halitarem, sed plenis velis ad Pleuritidis considerationem abreptus fuerim, haud inconcinne & male me facturum exillimans, si illius naturam & curationem thematis Inauguralis loco, breviter perlustrarem, ut sic majorem, in eius penetralia causasque curatius inquirendi nanciscarer occasionem. Hoc ergo dum pro virili ac ingenii tenuitate præstare conamur, ea nos indubitata spe solamur, Te, Amice Lector, conatum nostrum favente animo accepturum, benignè interpretaturum & æqui bonique consulturum. Antequam vero rem ipsam aggrediar ad Te, D. O. M. me convertito, Teque ardentibus invoco precibus, ut omnia mea dicta factaque ita dirigere velis, ut in Divini tui nominis gloriam, proximi commodum nostramque tam æternam quam temporalem salutem vergant per & propter filium tuum unigenitum Dominum ac Servatorem nostrum Jesum Christum. Amen.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
M E D I C A,

De

PLEURITIDE.

Thesis I.

**H**æc verba sunt propter res & illa his alligata, eoque sub illorum pronuntiatione harum proprietates manifestantur, talia tamen nonnunquam occurrunt nomina, quæ ad obscuritatem ambiguitatemque evitandam, clariori indigent expositione. Ut ergo methodo hæcenus usitata progrediar, nec obscuritate delectari iisque, qui eruditionem in ejus fonte quarunt, annumerari velle videar; placuit nonnulla de themate nostro, ad clariorem distinctioremque ejus conceptum formandum, haud parum luminis adferentia, prælibare, ut tandem ad præcipuum Dissertationis nostræ Inauguralis scopum *curationem* nimirum, eo feliciori successu pertingere possimus.

Thes. II.

Vox ergo PLEURITIS origine est Græca & ἀπὸ τῆς Πλευρῆς, vel etiam ἀπὸ τῆς πλευρῆς *latere, costa*, itemque à membrana *pleura* intrinsecus thoracis cavitatem & costas utriusque lateris succingente derivatur, nominaturque ratione partis affectæ, quemadmodum Nephritis à νεφρός, à propria sede, quam occupat. Apud Latinos proprio nomine caret. Germanice à subjecto loco ac præcipuo ejus symptomate daß Seiten stechen vocatur. Pleuritis vero generaliter s. late sumpto, omnem morbum doloremve lateris significat; uti id luculenter ex Magni nostri Hippocratis *aphorismis* sect. 3. *aphor.* 5. & 23. 5. *aphor.* 65. 6. *aphor.* 5. patet: Specialiter vero s. strictè accepta (ut ut usitatore significatu:) denotat præsentem nostrum morbum, cujus descriptionem assignamus talem.

A 3

Thes.

alor. pag. 21  
pnt. h. viii. th. XVII  
p. 18 et 19

§ (6) §

Thef. III.

Quod nimirum sit dolor unius vel utriusque lateris punctorius, cum respirandi difficultate, tussi febrique continua & frequenter acuta conjuncta, sputo, citius vel tardius plerumque subsequente, ab inflammatione membranae pleurae costas investientis, proveniens.

Thef. IV.

In hujus Morbi descriptione generis loco ponitur dolor unius vel utriusque lateris punctorius, tanquam illius attributum essentialiale ac infallibile, in omnibus pleuritide laborantibus ac miserè decumbentibus semper praesens, ac ubique satis manifestum; eo enim praesente & cum caeteris in descriptione recensitis symptomatibus, juncto, certo affirmare ausim descriptum morbum ad esse, sublato vero tolli: Antequam autem ulterius pedem ad ejus intimiorem diffusioemque explicationem promovamus, duo hic imprimis annotanda sunt, circa pleuritidem & nonnullos alios morbos thoracem occupantes, & propositum nostrum morbum vel concomitantes vel cum producentes; Uti sunt Angina, Diaphragmatis inflammatio ac Mediastini nec non peripneumonia: Quomodo scilicet hi inter sese (1.) convenient (2.) differant. *Conveniunt* quidem effectus enumerati omnes ratione signorum communium; qualia sunt respiratio difficilis febris continua acuta, tussis in principio ut plurimum sicca, pulsus admodum frequens, & magnus, facies rubens, oculique nonnihil turgentes. *Differunt* autem signis suis distinctivis & cuilibet peculiaribus singulisque seorsim propriis, qualia sunt 1.) respectu symptomatum, quae in aliis majora s. vehementiora, in aliis minora s. mitiora, (2.) Anginae enim peculiaris est deglutitio ac colli motus, non absque summo dolore, difficilis, & fere semper linguam fissam ardamvè cum dolore faucium ac ardore conjunctam habens. (3.) Diaphragmatis inflammatio sibi ubivis pro comite affeiscit in extremitatibus costarum circa finem sterni imprimis dolorem huncque omnibus fere in locis, ubi id expansum, satis molestum citiniquè instar ventrem supra lumbos ambientem. (4.) Praesente Mediastini inflammatione ut plurimum in anteriore pectoris dolore gravativus, absque maxima puncturâ tamen & magna quadam molles,

16

lestia, percipitur. (δ) In peripneumonia semper major gravi-  
 orque respirandi difficultas, dolor in pectore gravativus, ac de-  
 nique primis plerunque diebus, teste Ettmullero Colleg. Practico;  
 de pleuritide & peripneumonia pag. m. 332. vomitiones observantur.  
 Secus vero res habet in pleuritide, in qua minor mitiorque spi-  
 randi difficultas cum dolore lateris punctorio reperitur. 2.) Ra-  
 tione partis affectæ, quâ maxime discriminantur: Nam (α) mu-  
 sculi faucium ac nonnunquam colli in angina inflammati, priores  
 præ posterioribus tumore suo phlegmωδην, ita non raro laryn-  
 gis musculos arytenoideum scilicet thyroarytenoideum ac crico-  
 arytenoideum, nec non pharyngis cephalopharyngeum, stylo-  
 pharyngeum ac phanopharyngeum aut premunt, aut eos simul af-  
 ficiunt, ut sic in totum fere, cum proxima suffocatione, omnis  
 aëri denegetur transitus, reliquaque symptomata exasperentur.  
 (β) In inflammationibus supra allatis ipsum diaphragma ac Me-  
 diastinum, unde hi morbi κατ' ἐξοχήν nomina ipsis imposita scœne-  
 rantur, primario patitur. (γ) Peripneumoniæ verò locum prin-  
 cipalem esse pulmones, omnes uno ore Medici affirmant non qui-  
 dem secundum substantiam suam interiorem solum, quæ maximam  
 partem sensu gaudet obtuso, sed inprimis secundum exteriorem  
 superficiem, quæ membrana admodum sensibili circumdata, per  
 quam plurima vasa lymphatica disperguntur, in quibus sanguinis  
 fluxus facillime exoriri, sicque illius inflammationem causari valet.  
 Noster verò Morbus ( quoties solitarius ac primarius existit ) a-  
 gnoscit sedem in membrana pleura costas intrinsecus succingente,  
 in suo loco fusius demonstrabitur. Cæterum quanta inter hunc  
 morbum & proxime præcedentem sit affinitas hoc satis prolixè  
 Clarif. VVallis cap VIII. & IX. sect. I. lib. 2. Pharmaceutic. Ration.  
 docuit. Licet uterque, inquit, affectus interdum solitarius & ab  
 altero separatim existat, sæpius tamen aut coincidunt, aut alter,  
 modo hic modo iste, alteri supervenit aut succedit. Solitarie sepa-  
 ratimque unus ab altero existit, quando nempe unusquisque ho-  
 rum suam propriam occupat sedem, non autem læsa aut in con-  
 sensum tracta altera parte. Coexistentes tunc dicuntur, quando  
 nimirum causam procatarcticam & occasionalem ita in actum de-  
 ductam

16. xii  
 74at

NB ductam ac unam agnoscunt, adeò ut sanguis lentescens & effe-  
vescens utroque in loco simul ac semel vasorum sanguiferorum  
 minutissimorum ramulos obstruat, sicque pulmones æque ac pleu-  
 ra uno eodemque q. s. tempore, inflammantur; hinc duos hosce  
 effectus cum *Excellent. Baronio* optime sub nomine *pneumonia*  
 vel etiam *pneumopleuritidis* comprehendere possumus: Id quo-  
 que innuit ipse *Holmontius* in tract. de pleura furent. pag. m. 247.  
B l. 27. *Pleuritis*, inquit, à *peripneumonia* nec causis occasiona-  
 libus, nec remediis, sed tantum loco affecto differt. Porro unus al-  
 teri non raro succedit aut supervenit; frequentius tamen *peri-*  
*pneumonia pleuritis* succedit, quam illa huic, quoniam faciliori  
 negotio sanguis aut lymphæ lentor ac stasis in vasorum sanguife-  
 rorum angustis per pleuram diversimode distributorum suboritur &  
 obstructionem *Φλεγμονώδη* hic illic inducere potis est. Hic ad-  
 huc observatu dignum, quod hepar inflammatum paria utpluri-  
 mum ac pleuritis habeat symptomata, quæ tamen facile distingui  
 possunt, dummodo bene ad partem, hoc iu casu, affectam at-  
 tendamus. Cum enim hepar inflammatum est, semper dolor in  
 latere dextro circa dextrum hypochondrium gravativus, non vero  
 punctorius quemadmodum in pleuritide sentitur; Sed ea hic om-  
 nia, quæ fortassis ad majorem pleuritidis elucidationem facer-  
 rent, percurrere ac prolixius explicare nec nobis animus est, ne-  
 que operæ pretium videtur. Unicum saltem prioribus adjiciam;  
 nimirum aliquando dolorem lateris unius aut utriusque suboriri,  
 admodum molestum, qui pro pleuritide interdum, licet *perpleu-*  
*ram*, judicetur: Etenim in quibusdam valetudinariis systematis  
 nervosi scorbutove obnoxiiis, quandoque contingit humorem vis-  
 cido-acrem sive in membranam pleuram, sive in musculos in-  
 tercostales delabi, ibique defixum, summos dolores, cruciatibus  
 que acerrimos inducere, qui tamen morbus à præsentem nostro af-  
 fectu dignoscitur quatenus is febris sitique caret, pulsus adesse  
NB quens sed moderatus, appetentia utplurimum integra, imo & vi-  
scularum virium nullus fere defectus; dein quoque dolor uno non  
 limitatur loco defixusque manet, sed modo huc illuc in partes vi-  
 cinas proserpit, prout materies viscido-acris in interstitiis fi-  
 brarum



brum hic illic stagnare incipit atque ita earum partes nerveas dolorifice irritando afficit.

Thef. V.

Præsentis mali subjectum indiscriminatim sunt quatuor vulgari-  
um temperamentorum homines cujuscunque etiam sint ætatis  
(excepta tenera tantum infantili, de qua hæctenus nulla exempla,  
nullasque observationes legi) ac sexus. Sed tamen masculinus  
frequentius, quam fœmininus tentatur hoc Morbo. I. Enim  
Pueri cum puellis huic subjiciuntur, cum ob corpus, quod ha-  
bent plerunque succulentius, tum ob addephagiam s. voracita-  
tem, cui addicti præ aliis sunt, quando sc. cibis haud diu assum-  
tis & nondum probe digestis, novos superingerunt, ventricu-  
lumque infarciendo aggravant; Unde chylicatio nonnihil lædi-  
tur, cruditates in primis viis colliguntur, humores in ventriculi  
cavo oberrantes accescunt, posteaque cum chyli crudioris visci-  
diorisque parte materiæ sanguinæ admiscetur, quacum deïn ad  
minutissimas vasorum sanguiferorum propagines advehuntur, ibi-  
demque particulae crudiores, viscido-acriores riteque non sub-  
stite necessario stagnant, stagnandoque obstructionem inflamma-  
toriam sensum inferunt, cui graviora symptomata, infra suo loco  
exposita, conjuncta. II. Adolescentes Juvenes virginesque, ma-  
xime qui corpore carnosiori ac plethorico gaudent, huic affectui  
præ cæteris sunt obnoxii. Cum enim hi diæteticas sæpissime  
transgrediantur regulas, hinc facillime hunc sibi contrahunt mor-  
bum: præsertim vero quando citra ullum delectum justamque af-  
ferendi quantitatem, cibis malæ notæ digestisque difficilimis  
gulae indulgent, & quoque, quando se post sudores crebriores,  
corporisque exercitia fortiora, ad membrorum exastuationem  
aque instituta, statim sese julapiis refrigerantibus gelidæque li-  
monadæ haustibus potibusque summe frigidis pro more delectant,  
imo nonnunquam se ipsos frigori derepente exponunt, vel sal-  
tem locis intente frigidis committunt, quo factò sanguis paulò  
ante in vasculis minoribus inprimis pectoris turgescens, nunc  
subito in suo motu impeditus & condensatus, obstructionem ef-  
ficat & per consequens toties commemoratum in lucem provehit  
B morbum.

morbum. III. Viri mediæ ac consistentis ætatis cum primis literati & actiones magis serias tractantes, frequenter eo infestantur; in quibus, ob diurnos gravioresque animi labores spiritus aliàs ad laudabilem digestionem valde necessarii, dissipantur & absumuntur: unde necesse est, humores viscido-acres ac crassiores in M. Hli colligantur, quorum particule crasse crudeque, postquam ei fuerint admixtæ, cum ipsa ad habitum corporis non solum externum, sed etiam ad reliquas vasculis minutissimis gaudentes partes, deferantur; uti est pleura, pulmones alique. IV. Quoque Senes ac sceminas, vita ut plurimum domestica ac valetudinaria fruentes, nonnunquam invadit, tum ob vitam sedentariam, tum ob corporis motus minores ac ob partium etiam solidarum rigiditatem, ad humores in corpore circulantes transmittendi minus legitime ac debite constitutarum; dein quoque ob liquoris gastrici spirituumque inertiam ac ventriculi nonnunquam atoniam: inde enim non possunt non multe crude, crassæ & viscidæ moleculæ in M. Sgea paulatim colligi, atque sic tandem concurrentibus causis occasionalibus remotivæ hujusmodi morbi speciem producere.

Thef. VI.

Partem autem primario in pleuritide hac nostra s. exquisita affectam dicimus membranam pleuram (quæ à vertebriis per medium thoracis in sternum usque ducitur ac ad partem ejus internam terminatur, ibidemque septum intermedium, quod Mediastinum vocatur, constituit, quo thorax cum ipsis pulmonibus in duas partes, sinistram nempe & dextram, dividitur) valde enim tenuis mollisque est vasculaque sanguifera ab *αΐζύρα* & arteria magna nanciscitur, nec non nervorum surculos à pari vago decedunt & costas utriusque lateris cavitatemque pectoris intrinsecus undecunque succingit, quod abunde tum doloris sensus punctorii, tum observationes anatomicæ pleuriticorum habitæ comprobant vid. *VVilf. Pharmacentic. Ration. lib. 2. sect. 1. cap. IX.* Secundariò simul cum plerisque Medicis ac optimæ notæ Scriptorem musculos mesopleuricos affectos esse dicimus (utur sedes etiam men pleuritidis nothæ s. spurix primariæ) nonnunquam etiam pulmo-

pulmones, qui tamen ut plurimum, si fortiter tententur, pleuritidem Malignam ita dictam produunt; nam vix possibile videtur, quin inflammatio membranae involucentis ipsos quoque contiguos mesopleurios simul lædat musculos; quod pulmones in graviore pleuritide aut juxta superficiem externam, aut juxta unum saltem lobum afficiantur vel compatiantur, ut satis doctè ostendit ipse *Reverius cap. VII. lib. VII. pag. m. 300.* nec non Divus Medicorum parens *lib. de locis in homine text. 24. p. m. 378.* ubi altera pulmonum pars inflammata ab ipso pleuritis dicitur.

Thef. VII.

Distinguitur porro Pleuritis I. ratione partis affectæ in *Superiorem & Inferiorem*; hæc suum habet locum in quatuor spatiis quinque costarum inferiorum, illa in duobus spatiis trium costarum superiorum, quæ sc. sunt inter secundam tertiamve vertebram, a pignolo numerando. II. Datur etiam Duplex Pleuritis ratione causarum & circumstantiarum *Primaria s. Solitaria*, cujus sedes in membrana pleura costas intrinsecus veslicente consistit, oriturque sua sponte per se; & *Secundaria s. Superveniens*, quæ alios morbos insequitur ab eisque ipsis producit. III. Ratione symptomatum una est *Vera s. Exquisita*, quam supra in data descriptione explicavimus, altera *Notha s. Spuria*: hæc vero ab illa in eo tantum differt, quod in hac nulla, vel sicca saltem tussis, respiratio haud ita difficilis, febris remissior mitiorvè, dolor lateris ac nonnunquam puuctorius anteriora versus vergens & ad actum ut plurimum exacerbatus, cum agrotantium plerumque levamine, si in oppositum latus non affectum decumbant: Cæterum hujus sedes est in musculis intercostalibus ac eorum interstitiis, secus ac in pleuritide vera. IV. Itidem ob symptomatum vel vehementiam vel remissionem dividitur in *Benignam*, quæ tum ad primariam tum ad exquisitam, sed omnium optime ad notam referri potest, & *Malignam*, quæ vehementioribus ac gravioribus symptomatis stipata, febribusque ut plurimum malignis conjuncta. V. Tandem ratione accessus quoque pleuritis datur *Periodica*, certis stasisque temporibus rediens, de qua memorabile exemplum in *Bibliotheca Medico-Practica* J. J. Mangette Tom.

4. pag. mibi 338. consignatum prostat.

Thef. VIII.

Haftenus de Morbi indole f. natura egimus, jam accingamus nos ad ipsius causas: quoniam is felix, secundum effatum Philosophorum censetur, qui potest rerum cognoscere causas easque demonstrare. Nos illas juxta plerorumque Medicorum consensum dispecimus in *immediatam proximam, mediatam antecedentem ac proximorem*, ut & *procatarcticas ac mediatas remotas*. Ex his verò primum locum sibi *immediata proxima* vendicat, sc. quæ immediate pleuritidem nostram f. Exquisitam in actu producit est membranæ pleuræ *inflammatio*, facta à sanguinis in illius vasculis minutissimis sanguiferis ac interstitiis fibrarum hanc membranam componentium ac constituentium, stagnantis ut & cumprimis à venæ *αζύγης* f. sine pari, vel etiam nonnullarum arteriolarum pleuram perreptantium obstructione: unde sanguinis circuitus impeditur, humores stagnant, stagnando crassiores & viscidiores acrioresque fiunt, ac magismagisque effervescent, & ita se expandunt, ut jam effervescentes expansique humores membranam pleuram intus costas succingentem non solum & vascula minora, multis humoribus quoque vitiosis repleta, distendant, sed etiam paulatim fibrillarum nervearum seu sensiliorum crosionem dolorificamque irritationem, nec non dolorem unius vel utriusque lateris puncturium cum dyspnœa excitent. Inflammationem jam illa in membrana pleura diu durante tandem ad suppurationem vergit sicque abscessum producit, quo disrupto ichor s. sputum purulentum vel per pulmonum poros ad ipsa bronchia ruit, exque iis excreando per tussim rejicitur, vel in pectoris cavum effluit, quod paulo ante intra thoracis membranam ac musculos mesopleurios collectum fuerat.

Thef. IX.

*Antecedens mediata causa ac proximior*, causam proximam in thesi superiori adductam procreans, est *sanguinis intemperies salina acris viscidoque-cruda*, quæ facit, ut particula illæ heterogeneæ Mam Hlem, maximam partem, constituentes, hic illic ob eorum tenacitatem visciditatemque in corporis vasorum sanguiferorum

rum angustiis paulatim p. n. colligantur ac subsistant, subsistendo in subtilissimis mæandris obstructionem & hanc insequentem tandem inflammationem inferant. *Dein in lymphæ visciditate quoque consistit*: Cum enim lymphæ in se considerata quatenus temperata, sit humor ad sanitatem conservandam utilis & perquam necessarius, necesse est ea vitata, vicietur etiam sanitas, & maxime si sit viscida: quoniam inepta est sanguinis crassitiem diluere fluxilioremque reddere, suoque debito munere, cui dicata bene fungi, adeo ut non possit non crassior viscidiorque sanguis in circulatione, maxime vero in vasorum sanguiferorum exiguis porulis stagnare, uti in hujus pleuritis parte affecta sæpissime contingit; in vero bona ac laudabili gaudet temperie vice versa.

## Thes. X.

Prælibatis itaque causis immediatis ac mediatis proximis, sequuntur nunc ordine *causæ procatartice ac remotiores*, quæ ex classe *rerum naturalium, non-naturalium ac præternaturalium* desumentur sunt. Inter *res naturales* vulgò sic dictas 1. referimus *Temperamenta*, è quibus tamen præ reliquis ad hunc morbum contrahendum faciunt *Sanguineum & Melancholicum*: In hoc enim viscido-acriores ac salino-crassiores prædominantur humores, qui facile stagnationem inducunt sicque obstructionem consequenter inferunt, cujus confirmatio in *B. VValdschmidii Institutionibus Rationalibus* p. 51. legitur; In illo abundantes humores ad intemperiem viscido-acidam aut ipsam acrimoniam facillime inclinantes. 2. *Habitus corporis obeso-plethoricus*, qui quemadmodum omnibus inflammationibus ita & pleuriti nonnunquam ansam dare solet: nec non *Athletarum habitus boni ad summum progressu periculosi, si in extremo constiterint, facile enim in deterius labuntur*, teste *Hippocrate. sect. 1. aphorism. 3.* 3. *Ætas* cum primis *Juvenilis & Virilis*, ob sanguinis in ea motum intestinum, & activitatem majorem, pleuriti æque ac febribus acutis non raro obnoxia; de quo fusius supra thesi V. egimus.

## Thes. XI.

Post *res naturales* sequuntur jam *non-naturales s. necessaria*, ex quarum classe primum occupat locum. *Aër frigidus, humidus,*  
calidus

calidus ac inæqualis imprimis circa æquinoctium autumnale ac ver-  
nale, qui uno die plus semel cutis poros stringendo obstruere ac  
relaxando referare valet, ut sic transpiratio insensibilis mox si li-  
bera moxque iterum plane suppressa; unde non possunt non ex  
humorum subitanea condensatione, subitaneaque iterum expan-  
sione obstructions inflammatoriæ aliorumque morborum acuti-  
orum species suboriri. Proximum ab aëre locum tenet *Cibus po-  
tensque* thesi de diæta enumerati, qui si bona gaudeant qualitate  
debitaque quantitate ac stas certisque temporibus assumantur,  
sanitati admodum conducibiles sunt; sin vero quantitate nimia  
peccent, ventriculo ac sanguini damnum inferunt; hujus tempe-  
riem ac laudabilem mixtionem inquinando perturbant, illius au-  
tem liquorem gastricum supprimendo enervant ac corrumpunt;  
Quodsi verò qualitate nociva præditi magna constituunt in pri-  
mis viis viscido-acre ac crudum, è quo dein, postquam M. Sgeæ  
admixtum fuerit, obstructions febresque acutæ aliique morbi  
scaturiunt. Non minoris efficacix est potus intense frigidus li-  
gelidus, cum visceribus ex æstuantibus affanditur; hinc qd. mo-  
mento citius obstructions inflammatoriæ circa præcordia ac co-  
rum consentientes partes subsequuntur. Post cibum & potum  
*Somnus* ac *vigilia* occurrunt; Quod si horum alterutrum melio-  
critatis limites excedat, statim juxta *Sect. 2. aphor. 3. nostri Hip-  
pocratis malum* dicendum: *Vigilia* intempestive instituta plus ob-  
sunt, quam profunt: nam spiritus animales continuo absumunt,  
dissipant ac in suo motu valde perturbant, ut hinc sanguis pau-  
latim activis suis particulis ac elasticis orbetur, atque sic necessa-  
rio crassior sæculentiorque reddatur; *Somnus* vero *diuturnior ac  
protractior* humores in corpore humano existentes lenteque cir-  
culantes ad acescendum coagulandumque disponit, *Spiritus quo-  
que* *supprimunt* aut saltem eorum *reversum* impedit. *Motus & quies*  
hic suam quoque addunt symbolam: si prior excessu peccet le-  
gesque medietatis transgrediatur, tum multifariis viam pandit  
morbis (inter quos noster postremum non occupat locum) ni-  
mirum quando post cutis referatos poros Mæ Sgeæ infinite quasi  
particulæ peregrinæ ac heterogeneæ confunduntur; Sin autem in  
defectu;

AB

defectu, tunc ipse dicitur quies immodica, quæ quoque hujus  
 mali fecunda mater audit, quoniam humoribus Machinæ huma-  
 næ lentorem stagnationemque inducit, spiritibusque torporem  
 non raro infert, ut & transpirationem insensibilem sufflammat:  
 hæc spectant quoque *Excreta & retenta*: quantum sanitati nostræ  
 horum legitima functione intersit, hoc quotidiana experientia  
 pleno ore pronunciat; cum hæc & in excessu & in defectu pec-  
 cent. Cum enim excreta in corpore humano p. n. detinentur,  
 uti sunt *feces alvina, urina, sudor, mensium ac hemorrhoidum ad-*  
*fectarum*, nec non *sanguinis* per hemorrhagiam narium *consuetus*  
*fluxus* prohibitus; & retenta largius excernuntur v. gr. *seminis ni-*  
*mius profusus, hæmorrhagia enormes, vomitus, diarrhœa &c.* O-  
 mnia hæc corpori non possunt non esse infensa. Posteriora vires  
 prosterunt, activas particulas ac nativam sanguinis vim exhau-  
 runt, enervant, imo & totius corporis partes labefaciunt; priora  
 vero humores in Machina humana sensum collectos ac diu in ea  
 remorantes intemperie quadam inficiunt, Mamque Hlem per-  
 turbant ac inquinant. Demum rebus non-naturalibus *Animi*  
*motibusque* finem imponunt, quorum principaliora sunt *mœror,*  
*tristitia, ira, gaudium immoderatum, terror* venusque nonnun-  
 quam *immodica*, quæ omnia aut sanguinem fundunt aut conden-  
 sant spiritusque vel dissipant & nimis exsuscitant, vel perturbant  
 & supprimunt aut saltem concentrant; sicque diversa ac varia in  
 Microcosmo ludunt dramata.

Thef. XII.

Inter causarum numerum occasionalium s. remotiorum etiam  
 pertinent *res præternaturales*. Ex his primas tenent *febres omnes*  
*continua ardentes* imprimis ac *inflammatoria maligne, cachexia,*  
*scorbutus, hæctica, hæmoptyses, scabies retro pulsa, dysenteria & si-*  
*milium affectum* plurima pars pectoris regionem invadens: hi  
 enim enumerati omnes propter M. Hlis vitiositatem ac corrupte-  
 lam pleuritidem comitis aut prolis loco non gravantur afficere:  
 Porro huc pertinent pectoris tam in anteriori, quam laterali  
 parte, *graviores læsiones, contusiones, ictus, casus ab alto, vulne-*  
*ra, ponderum graviorum elevationes corporumque magna molis ge-*  
*stationes*

15

stationes & reliqua; quorum quodlibet seorsum facili negotio si-  
 sin sanguinis aut extravasationem sicque obstructionem inflamma-  
 toriam in scenam producere potest.

Thef. XIII.

Perpenlis ac ( quantum fieri potuit ) breviter descriptis causis  
 tam proximis, quam remotis, nunc quoque prius habenda est re-  
 ratio *Signorum Dia- & Prognosticorum*, quam transitum ad ipsam  
 velitationis nostræ scopum seu curam faciamus. *Signa* igitur præ-  
 sentis Morbi *Diagnostica* s. *Parabognomonica* ( hæc à Galeno in *sepa-  
 rabilia* vocantur ) satis quidem ex data descriptione fluunt; at-  
 tamen hoc loco paulò penitiùs in ea inquirere eorundemque ge-  
 nuinam quoque formam exponere atque explicare operæ præstitum  
 fuerit. Adest ergo I. *dolor unius vel utriusque lateris punctioris*,  
 ab inflammatione præcedente tamen obstructione valorum san-  
 guiferorum minutissimorum per membranam pleuram diversifera-  
 de disperforum, dependens ac illatus, cujus fibræ sensiliores à  
 salinis stagnantis sanguinis particulis irritatæ atque plus minus  
 ( prout doloris sensus obtusior aut exquisitior ) compunctæ, sen-  
 sum hujusmodi doloris punctorii in sensorio communi produ-  
 cunt. II. *Respiratio difficilis*, à membranæ pleuræ musculorumque  
 nonnunquam mesopleuriorum inflammatione fibrarumque  
 spasmodica contractione, orta, qua facta respiratio aliàs libera  
 non potuit non lædi difficiliorque reddi, propter partium nervo-  
 farum haud parvum consensum. III. *Tussis à vellicatis ac irrita-  
 tis fibris pneumonicis*, tum à sanguine condensato, tum paulò  
 post acescente acri proveniens. IV. *Febris continua & non raro  
 acuta*, à sanguinis motu tum progressivo vel circulari, tum in-  
 testino ad aucto, perturbato ac inæquali, ob vasorum sanguis-  
 rorum præviam obstructionem, dependens, qua durante, durat  
 quoque febris. Cæterorum signorum pleuritidem nonnunquam  
 concomitantium enumerationem ac expositionem merito hic  
 nihil detrahunt, sed tantum circumstantias, si adsint, nihil addunt,  
 autem desint, minuunt.

B

Thef.



Thef. XIV.

Sequitur nunc alterum signorum genus, quod est ultima hujus morbi theoretica pars & prognos appellatur, qua nihil Medico magis, si modo fuerit caute & prudenter, ita ut ei eventus respondeat, instituta, existimationem, dignitatem ac honorem conciliat uti loquitur *Famigeratissimus Hoffmannus in suis Fundamentis Medicina cap. de prognost.* Prognosis in hac pleuritide exquisita pro circumstantiarum causarumque dissimilitudine ambiguo ac ancipite gaudet eventu; nam quemadmodum omnes morbi acuti periculosi ab ipso Hippocrate & plurimis Medicis dicuntur, ita & noster non omni caret periculo, quoniam inter hos ipsos refertur: *Ceterum tamen sentimus cum jam allegato Hippocrate: Cum morborum acutorum, inquit, non omnino certa sunt prognostiones, neque mortis neque salutis aphorism. 19. sect. 2.* Quod si vero statim ab initio vires subito labascunt, symptomata de repente graviora remittunt, perque tussim nil sputi aut saltem parum nigri aut lividi rejicitur, pro periculoso habetur indicio; *diarrhoea item alvique profusum pleuritidi superveniens, secundum aphorism. 16. sect. 6. Hipp. malum*, imo & hoc in statu intra paucissimos saepe dies funestam solet ludere tragediam: nihilominus tamen aegrotantes non sunt negligendi nec deserendi, sed eis quovis loco ac tempore cito remediis convenientibus ac auxilio commodo ac salutari succurrendum, etsi morbus his non depellatur, symptomata vehementiora tamen non nihil mitiganda sunt, ut aegroti levamen aliquod inde capiant. De Maligna enim, cum ob symptomatum vehementiam, tum ob alios morbos mali moris, huic ut plurimum conjunctos, uti sunt phrenitis, peripneumonia febresque haud boni ominis & alii, non majorem spem facere possumus. Cum autem aegri pleuritide exquisita s. vera, symptomatis adeo gravioribus non stipata laborant, & ipsa quoque pleuritis ad coctionem tendit, nec non legitima remedia in usum cito vocantur, eis omnem mortis metum nisi subito deterior reddatur, adimere & contra bonam evadendi spem polliceri possumus. Demum hic notatu dignissimum occurrit, huncce morbum non raro circa coctionis tempus, vel per sudorem vel

C

per

AB



per hæmorrhagias narium feliciter sublaturum fuisse, sicuti harum observationum aliquot exempla in *B. Etmulleri Collegio practico congesta pag. m. 333.* prostant. At verò si nec hujusmodi nature critica evacuationes, nec *suppuratio intra quatuordecim dierum spatium* succedat, *pleuritici juxta sect. 5. aphor. 8. Magni Hippocr. empyemati sunt*: Et ulterius eadem *sect. aphorism. 15. qui ex pleuritide*, ait, *empyeci sunt*, si à ruptione intra dies quadraginta sursum purgentur, liberantur, alioqui transeunt in tabem. Qui vero plura de hac materia desiderat, is legat ac evolvat supra citatos auctores cum primis *Deckerum in notis ad Pauli Barbeni praxin Medicam.*

Thef. XV.

Absoluta sic morbi hujus parte prima i. e. Theoria, accingimus nos tandem ad alteram eamque præcipuam partem *praxin* sc. quæ debitam subjungit curationem. Ad hanc ergo feliciter suscipiendam, spectandæ sunt *Indicationes*, quæ communiter tres numerari solent; Prima est *Curatoria*, quæ suppeditat remedia obstructionem inflammatoriam vasorum membranæ pleuræ quovis modo solventia, sanguinisque stagnantis motum & circulationem promoventia, ejusque quantitatem diminuentia. Secunda *Præservatoria*, quæ causæ antecedentes proximiores remotioresque cum symptomatibus urgentioribus corrigantur, tollantur vel ad minimum tamen mitigentur. Tertia *Vitalis*, quæ vel vires integras conservandas aut labefactatas restituendas aut pene amittis restaurandas esse docet. Ad hæc Indicationes rite & feliciter obtinendas, ex triplici consueto fonte, remedia idonea atque appropriata, *Chirurgico* sc. *Pharmaceutico* ac *Diætico*, depromenda ac petenda sunt. Nos ergo præcipua & usu maxime præbata remedia subjiciemus, quæ fons Pharmaceuticus ex triplici sic dicto Regno maximam partem, nobisque jam in ægorum salutem abundanter suppeditat, ut tanto citius ac feliciter ad propositum nostrum scopum pertingere possimus. Faciemus autem initium à Regno vegetabili, in quo præstantissima antipleuritica recensentur remedia, *Radices* sc. bardanæ majoris, eryngii, glycyrrhizæ, rubiæ tinctorum, symphytum majus. *Herba*, anagallis

card. bened. & Mariæ, capillus veneris, chærefolium, consolidida regalis, erysimum, hederæ terrestris, hyssopus, pulmonaria, scabiola, tussilago, veronica, violaria. *Flores* acaciæ, bellid. minor. chamæmeli, croci, malvæ arbor. papaver. erratici s. rhæad. rosarum, sambuci, violarum, benzoës. *Semina*, anisi, aquilegiæ, bardanæ, card. bened. & Mariæ, cannabis, sceniculi, lactucæ, lini, malvæ, melonum, papaver. albi, urticæ. *Fruitum* amygd. dulc., cassiæ fistul. Dactylorum, ficuum, jujubæ, passulæ major. & minores. *Succi* caphuræ, mannæ, betulæ & consimiles. Aquæ, Syrupi, unguenta, olea ac tincturæ in hoc malo usitatioris ex enumeratis plantis arte pharmaceutica paratæ in officinis prostant, aut saltem brevi parari poterunt. Secundum Animale, è quo etiam quamplurima depromuntur remedia in pleuritide specifica vulgo dicta suntque v. gr. dentes apri, lap. tanc., carpionum, percarum, linguæ truttarum, asselli, mandibula pisc. lupi, sanguis hirci, priapus cervi, tauri, castoreum, C. C. l. ign. & ustum, sperma ceti, fimus equinus, horum nonnullorum spiritus, salia volatilia ac oleosa tincturæve. Tertium ac ultimum Minerale exhibet antim. diaphoreticum, uncor. fossile, corall. rubra, bezoard. Minerale, sal prunellæ & commune, nitr. depuratum & alia. Compositorum, quæ in hoc morbo *specificæ* audiunt, pleni sunt omnium practitorum libri, è quibus vel ad cujusvis desiderium peti, vel etiam infra hinc inde præcipua consignata, videri possunt.

Thef. XVI.

Primo autem scopo in hujus morbi curatione satisfactorus, absque ulla mora, tam cum Veteribus, quam Modernis ac Neotericis Famigeratissimis ac in praxi Felicissimis suaderem illud remedium, omni ævo legitime administratum maxime proficuum, quod è fonte chirurgico propullulat, V. S. nimirum, quam primo, secundo tertiove die (viribus constantibus) in principio moderatè in affecti lateris brachio instituendam esse arbitror, ut eo feliciori ac notabili ægri euphoria minori que virium jactura reiterari possit. Hanc quoque sententiam adhuc dum tventur eique album calculum superaddunt *Excell.* ac longe *Celeb. Practici Frid. Hoff.*

Hoffmannus, Theodorus Zwingerus, ut & D. D. Nebelius Facultatis Medicae in illustrissima Hassorum Marburgensi Universitate Professor Ordinarius Dignissimus, Fautor ac Praeceptor nunquam non Fidelissimus, omnique honoris observantia summe deprecandus, colendus. Qui non minus in hoc consentiunt, quod, quovis tempore noctu etiam praemissa venae sectione, statim ex ipso thesauro Pharmaceutico, ut nimirum, postquam sanguis abundans & impetuosus ad partem affectam ruens aut detractus, aut saltem ab ipsa derivatus fuerit, vasorum obstructio eodem citius solvatur, blandiora, in hujusmodi morbis diaphoretica cum maximo aegrotantium levamine exhibenda sint; nec illis Cl. dum viveret <sup>706.</sup> Michaelis in praxi sua, quam Clinicam generalem appellabat: <sup>pag.</sup> m. 114. refragatur; jam igitur nihil super est, quam ut ex supra allatis medicamentis, varia, pro varia circumstantiarum ac causarum conditione, formulae ad aegrotantium desiderium ac sublevationem legitima methodo componantur, justaque dosi distribuantur, temporeque debito exhibeantur. Esto ergo post sectionem venam, mox pro leni diaphoresi elicienda sqq.

℞. Aq. papav. rhaad.

flor. acac.

charesol. aa. unc. ij.

C. C. citrat. unc. unam sem.

Mixtur. simpl. scrup. ij.

Antim. diaphoret.

mandibul. pisc. luci aa. scrup. j.

Sacchar. plat. unc. dimid.

M. F. Mixtura S. offst Löffel weiß zu gebrauchen.

Si dolor sentitur in latero exacerbatus addi potest gr. j. laud. opiat. Vel etiam in auxilium vocari potest supra laudati Hoffmanni

ni pulvis antipleuriticus, qui ab ipso ejusque auditoribus divinus in hoc casu audit remedium, cujus concinnatio est haec <sup>u. gr.</sup>

℞. Nitri purificati, ocul. canc. mandib. luc. pisc. conchar. ppr. <sup>aa.</sup> drachm. j. cinnab. nativa scrup. j. caphur. gr. xv. Misce hat <sup>part.</sup>

vis dividatur in viij. part. aequales, de quibus pleuritide laborans capiat singulis quatuor horis partem unam. Is, qui mihi pulvis <sup>hujus</sup>

hujus compositionem communicavit, dicere vix poterat, quantum haberet in hoc morbo efficaciam, nam respirationem ac expectorationem reddere liberam, calorem sitimque nimiam extinguere, dolores acerbos demulcere blandamque diaphoresin movere, asserebat.

Posset hic quoque magno cum fructu dari pulvis exempli gratia sequens

℞. Ossa lup. pisc.

ling. vruuar.

sang. hirc.

antim. diaphoret. aa. drach. j.

pulv. anodyn. Ludov. scrup. sem.

sal. volat. C. C. scrup. un. sem.

Misce fiat pulvis. Dosis est drach. sem. ter quaterve cum idoneo assumatur vehiculo de die.

Non minorem laudem hic ppti pulveres antipleuristici Cl. Secreti in *Lantiliis Miscellaneis Medico-Practicis* p. m. 71. part. 3. descriptus, ut & Magni Jenensium Archiatri ac Ludovici in *Junckens Lexico Pharmaceut.* part. alter. consignati, merentur. Nollem etiam hic illius *mixtura* exhibitionem omittere, quâ supra quoque laudatus ac Cl. D. D. *Nebel* sæpissime feliciter usus fuit, ac toties, quoties venam secari ægro curavit, cum optimo successu exhibuit v. gr. ℞. Aq. hed. terrest. card. bened. charesol. aa. unc. ij. mstrur. simpl. drach. j. rasur. dent. aprugn. mandib. luc. pisc. antim. diaph. aa. scrup. j. sacchar. plat. drach. ij. M. hujus dimidia pars mox à V. S. reliquaque post bihorium assumatur, pro suscitando sudore. Circa noctis autem appropinquationem idem Vir Cl. commendat sqq. emulsionem v. gr. ℞. Sem. Melon. excort. lini recent. aa. unc. semis sem. papav. alb. lactuc. aa. drach. ij. aq. card. bened. scabios. veronic. aa. unc. ij. sem. Fiat emulsio, cui adde antim. & aph. lap. canc. ppt. aa. drach. sem. nitr. depurat. scrup. j. sacchar. plat. unc. sem. M. S. *Sonderlich im seiten stecken die selbe milch auff etliche mahl zugebrauchen.*

*Famigeratissimus Helvetiorum Medicus Zvingerus* in *seinem Eischen und geschwinden Urß* pag. m. 793. succum ex equino

fimo

sumo expressum commendat ac formulam, quam nonnulli Moder-  
ni Practici summopere laudant ac pro specifico in sanguinis len-  
tore dissolvendo habent, descriptam exhibet talem

℞. *Fim. equin. glob. nro. jv.*

*aq. flor. acac.*

*rosar. aa. unc. jv.*

Stent per unam alteramve horam infusa, expresso dein liquore,  
sufficiens sacchari quantitas ad gratum saporem addatur & du-  
bus vicibus epotetur, post quamlibet assumptam dosin patiens dia-  
phoresin expectet; at vero si non succedat, desideratus sudor,  
ad hæc assumat dosin unam de pulveribus antipleuriticis supra com-  
mendatis; Plures aliæ de hoc Medicamento videantur formulæ  
in eundem usum apud *Vallisium*, sed hoc Medicamen pro pau-  
peribus magis quam ditioribus.

Thef. XVII.

Prælibato itaque scopo primo, progredimur ad secundum eum-  
que non minus feliciter obtinebimus, si ægri diligenter utantur  
remediis sequentibus, quæ obstructione jam fere soluta, sangui-  
nis intestinum ac progressivum motum promovent, ac juxta in-  
dicationis præservatorix alteram partem omnia symptomata gra-  
viora mitigant ac planè eradicant, simulque in pleuricide spui-  
eruenti expectorationem ac rejectionem adjuvant. In quem li-  
nem priora remedia aut repeti aut in horum locum nova substi-  
tui possunt. Huc pertinent etiam & quam maxime conducunt  
interne blandiora diaphoretica, sanguinem attenuantia, inciden-  
tia & alia, cum expectorantibus ac demulcentibus decoctis data,  
ac externe inferius annotata ac descripta v. gr.

℞. *Specier. pro decoct. pect. officin. unc. ij.*

*rad. enul. drachm. ij.*

*flor. bellid. minor. mß.*

*papav. errat. p. ij.*

Mixta & incisa coquantur in aquæ mj. ad horam plus minus di-  
midiam, cum quo dein æger calide m. *or v. tint. bezoard. cum*  
*tint. anodyne tantillo mixta ad gr. 30.* aut etiam radice rubie  
tinctorum (quam Belgici crap vocant) ad drach. j. in substantia  
assumat.

animat, quod mihi *Expertissimus* ac *Cl. Civitatis Marburgensis*  
*Chirurgus* facile *primarius* *Dr. Hering* amicus haud postremus,  
 vix quidem remedium, sed ob singularem in hoc malo virtutem  
 laude dignissimum, communicavit. Hic quoque prodesse  
 poterit *pulvis pleuriticus Secretus Mynsicht*, vel etiam sequens

℞. *Antim. diaph.*  
*lap. calc.*  
*C. C. f. ign. aa. drach. j.*  
*sal. card. bened.*  
*bezoard. mineral. aa. scrup. j.*

M. dosis utriusque est drach. sem. quæ datur cum aq. chærefol.  
 aut aliis competentibus vehiculis.

Cæterum magno usui inserviunt pilulæ à *Cl. Blankardo* in sua  
*Praxi Medica* pag. mihi 190. ita descriptæ. ℞. *Milleped. ppt.*  
*drach. j. flor. benzoin. sal succin. aa. scrup. j. extract. Helen. castor. aa.*  
*℥. xv. croc. scrup. sem. therebint. q. s. Misce* fiant pilulæ nro.  
 LXXX dentur *m. & v. X*, has enim non pauci plus semel profi-  
 ciat experti sunt. Plures aliæ formulæ à quolibet prudente ac  
 artis Medicæ probè gnaro, ex supra dictis concinnari aut etiam  
 e multorum Celeberrimorum Practicorum voluminibus peti po-  
 terunt. Nam nostrum non est, omnium remediorum antiplcu-  
 risticorum hic exhibere & recensere formulas, quas nec hisce pa-  
 gellis comprehendere facile possemus, sufficit igitur nobis, præ-  
 cipua saltem annotasse, quæ nostrum institutum propius con-  
 cernunt.

Thef. XVIII.

Paucula adhuc præmissis universalibus, restant de morbi cir-  
 cumsistantiis ac symptomatibus maxime urgentibus annotanda, quæ  
 vel hæc in totum eliminant vel leniunt & mitigant.

Primo ergo ad expectorationem promovendam respirationem-  
 que liberorem reddendam efficacissima sunt sequentia remedia

℞. *Ol. amygd. dulc. rec. unc. ij.*  
*Syrup. capill. vener.*  
*hyssop. aa. unc. j.*  
*spermat. ceti drach. j. M.*

Vel

Vel R. *Aq. hed. terrest.*

*erysim. aa. unc. un. sem.*

*Syrup. de alth. Fernel.*

*glycyrrhiz. aa. unc. fj.*

Misce, pro aliquot vicibus & propinetur.

Nec spernendum hic est oleum lini, quod, quidem assumptum gratum non est, sed tamen egregium expectorans vel per se, vel juxta mentem *Zwingeri* loco citato, cum speciebus Diureos mixtum. Omnium vero optime circa suppurationis tempus secundum plurimorum Modernorum Practicorum consensum conducit *syrupus* seu mavis decoctum *Nicotiana*, ad modum *Ferdinandi Epiphani* rite preparatum, cujus ratio talis est v. gr. R. *Nicotiana unc. j.* ebulliant in aq. fontanae libris duabus ad mediae partis consumptionem, dein sub finem addatur *fol. malv. branc. urfin. violar. aa. m. j.* colatura cum sapa dissoluta pleuriticis pluribus vicibus calide propinetur.

2. Dolor lateris punctorius, qui ut plurimum hic valde molestus, cum respiratione ac vigiliis non raro conjunctus, observatur, tum internis anodynis hypnoticis, tum externis anodynis topicis demulcetur ac non nihil lenitur. In hunc finem varii generis *poriones, cataplasmata, emplastra, foveae, linimenta ac unguenta* approbamus. Exempli gratia

R. *Aq. flor. acac. sambuc. aa. unc. ij. sem.*

*syrup. papav. alb.*

*hed. terrest. aa. unc. sem.*

*diascord. Fracast. drach. ij.*

Misce detur S. *Mixtur* offte *Edffelweiß* zu gebrauchen.

Hic simul quoque lateri dolenti applicetur hocce *cataplasma*

R. *Rad. alth. unc. j.*

*Herb. melilot. m. j.*

*flor. malv. chamamel.*

*sambuc. aa. m. fj.*

*sem. lini.*

*alb. grac. aa. unc. j.*

Mixta & pulverisata coquantur in s. q. *lactis caprilli* ad pulvis  
con-



consistentiam & linteo super extenso calide, prout patiens tolerare poterit, applicetur, & tamdiu impositum maneat donec, omnem calorem amiserit, unde de novo calefaciendum. Sunt qui hoc in vesica contineant ad calorem sic diutius fovendum. His in usum vocatis, lateri affecto in unguendo tepide admoveatur hoc unguentum

℞. Unguent. de albh. composit.

antipleurit. Mynsicht. aa. drach. vj.

ol. chamomil.

baccar. laur. aa. drach. j. ℞.

croc. scrup. j.

Misce, detur ad fict. f. Sälbgen für das stechen in der seiten.

Vel ℞. Spirit. vini rectificat. unc. ij. ℞.

ol. express. nuc. mosch. drach. j. ℞.

croc.

caphur. aa. drach. ℞.

Misce & calide cum linteis duplicatis parti dolenti iteratis vicibus applicetur, quod Halensibus Medicis egregium audit; nec non sequens, ab integerrimo quodam amico tanquam arcanum & summe efficax in obstructionibus pectoris saepeque probatum remedium, mihi communicatum.

℞. Unguent. de albh. composit. drachm. v.

ol. later. scrup. ij. ℞.

merc. dulc. gr. xij.

Misce S. Sälblein fürs seiten wehe zu gebrauchen.

Nam hoc insignem suam virtutem à merc. dulci sceneratur, qui est penetrantissimum in hujusmodi affectibus resolvens, incidens & attenuans. Præstant quoque hic officium suum emplastra ac lotus. De utroque genere, brevitatis gratia unam aut alteram saltem formulam indicabimus, v. gr.

℞. Emplastr. diacumin.

diareos aa. unc. ℞. vel

℞. Emplastr. de gumm. ammoniac.

de spermat. ranar. c. merc. parat. aa. unc. ℞.

trorentur tam illo ol. destillati anisi, juniperi aa. & extendantur super

super alutam & imponantur loco affecto.

Fotus conducibilis potest esse talis

℞. *Herb. malv. c. flor.*

*melilot. aa. mj.*

*flor. hyperic.*

*chamomill.*

*sambuc. aa. m. ℥.*

*sumitat. aneth. p. ℥.*

*sem. cumin.*

*baccar. lauri aa. drach. j.*

Mixta & incisa insuantur sacculo & coquantur in aq. simpl. ℥. q. dein post lenem expressionem tamdiu applicentur quamdiu calent. Non minoris efficacix sunt sacculi ex *avena s. q. sem. cumin. sal. crud. aa. unc. ℥.* commixta, & in sartagine tosta immittantur sacculo è linteo confecto & calidè parti dolenti apponantur.

(3.) Ad tussim sitimque nimis urgentem fallendam ac sistendam summopere laudantur decocta, ut superius descriptum, vel etiam hoc sequens.

℞. *Rad. enul.*

*glycyrrhiz. aa. unc. ℥.*

*herb. hed. terrest.*

*scabios. aa. m. ℥.*

*flor. bellid. minor.*

*papav. erratic.*

*violar. aa. p. ij.*

*sem. anis. drach. j. ℥.*

*passul. minor. unc. j.*

*nitr. purificati drach. j.*

Mixta & incisa coquantur in aq. m. j. sem. ad tertix partis consumptionem, dein colaturæ sumatur m. & v. haustus bonus calidè: cum quo simul *Zwingerus* consuevit dare *tinct. antiphth. German. gt. 20.* contra sitim & alia mala. Et hoc decoctum quoque potus ordinarii locum supplere poterit.

Thef. XIX.

Tandem etiam nonnulla circa pleuritis Malignæ curationem monere

nonere opere pretium duximus: nam hæc ab exquisitæ curatione non differt, nisi quod in illa caloris febrilis incendium, idoneis remediis alexipharmacis sc. interpositis, dometur ac immutetur, uti sunt Rad. angel. contragery. Imperat. Zedoar. scorzonera aut ex his extracta, Tinctura vel essentia parata. Pulvis bezoard. S. an- tiox. alexipharmac. Augustanorum, antim. diaph. bolus Armena, terr. sigill. confect. alkerim. myrrha, caphura, sal volat. C. C. & Theriac. iheriac. cœlest. sal viperar. Tinctura bezoard. Ludov. Regul. antim. Medicinal. Syrup. rub. Id. acetos. citri & similia. Hæc enim egregiè calorem febrilem compescere dicuntur. Sic ergo

℞. Aq. flor. sambuc.

scorzoner.

fumar. aa. unc. ij. sem.

antimon. diaphoret.

pulv. bezoard. S.

confect. alkerim. incompl. aa. scrup. j. sem.

Syrup. rub. Id.

acetositar. citri aa. unc. j.

Misce, detur ad vitr. pro jv. dosibus.

Vel ℞. Theriac. cœlest. gr. jv.

sal. volat. viper. gr. vj.

Misce fiant pilulæ nro. viij. pro j. dosi, quæ tempore necessitatis repeti poterunt.

Vires labefactatæ quidem per conveniens ut plurimum diætæ studium victusque rationem restaurantur; attamen hic quoque remedia cordialia vulgo sic dicta, quam maxime profunt, inter quæ potissimum sqq. refero. Pulvis cordial. pretios. anglic. antipleruriticus Michael. confect. alkerim. corallia rubr. specific. cephal. Mich. ag. cerasor. nigr. flor. tilia pæon. borrag. c. cinamom. theriac. prophylact. Barbette. Epilept. Langii, Syrup. corall. rub. Id. succi aurant. recent. & plura alia. Fortasse superfluum ac tædiosum foret, formulas de iis subjicere, quare has rationali ac perito Medico pro suo arbitrio ac morborum circumstantiis adornandas relinquimus.

Addemus adhuc brevibus pleuritidis nothæ s. spurix curationem.

Quemadmodum autem in exquisita ac Maligna ( nisi sub

finem morbi aut eo fere remisso) usum opiatorum nimium excessivè calida, spirituosa, acida, vomitoria omnia, purgantia fortiora, acriora, diaphoretica vehementiora, non admittimus, ita in hoc non facilè venæ incisionem tentarem, sed consultius existimarem, si blandum aliquod purgans ad superfluos humores ac comprimis lymphæ serique copiam diminuendam, prælibaretur, qua propter

℞. *Extract. cathol. scrup. sem.*

*merc. dulc. gr. vj.*

*resin. scam. gr. jv.*

*ol. destill. cort. citr. gr. j.*

M. fiant pilulæ nro. xv. conspergantur pulv. glycyrrhiæ proj. dosi.

Vel ℞. *Extract. aloes scrup. sem.*

*resin. jalap. gr. v.*

*cinnab. nativ.*

*merc. dulc. aa. gr. jv.*

M. F. cum *elixir aperit. Claud. pil. n. xvij.* pro una vice.

Hic quoque patiens thoracis dolentis inunctionem non negligat, supra descriptis unguentis aut linimentis, ex quibus ultimum præ aliis hoc in casu sibi vindicat locum: utatur etiam decoct. pleurali, nec non diaphoreticis cum emulsionibus ibidem obviis. Pleuritis nonnunquam in empyema transit, ubi curatio tanto minus proficua, nisi Medicus in ægri miserrimo statu oblectamentum quaerat; nam alias ex supra adducto *aphorism. 27. sect. 6. Hipp. phthisici aut tabidi sunt*, unde reliquum vitæ tempus miseris cruciatibus ac calamitatibus traducunt. Nos brevitati studentes, curam empyematis ex pleuritide omittimus, eamque desiderantes ad *Cl. Michael. praxeos clinica specialis casum IX. de Empyemate ex pleuritide* fati doctè explicatum & in charta curatum remittimus.

Thef. XX.

Tertius demum ac ultimus Medici scopus, diætæ legitimæ regimen (in quo curationis haud postrema pars consistit) toti curationi colophonem imponit. Ea autem in iusto legitimoque seruerum non-naturalium, usu, juxta omnium Medicorum assensum consistit. Inter has primò occurrit *Aër*, qui conveniens purus

ac temperatus eligatur; At verò si intensè frigidus aut nimis calidus sit, cane pejus ac angue fugiendus, aut convenienti modo corrigendus est, sed tamen posterior priori multum est præferendus, quoniam ad siccitatem non nihil inclinat. *Cibi* conveniunt recens, laudabiles, boni succi & digestu faciles facultateque quadam attenuante ac abstergente gaudentes; uti sunt carnes agnorum, vitulorum, gallinarum & earum pullorum, ex his juscula tenuia chærefolio alterata, vel hordeacea aut avenacea parata, &c. Nocent contra nimis soliti aut aromatis conditi, acidi, viscidi, fumo indurati, cepæ & consimiles. *Potus* sit decoctum C. C. rasi c. flor. bellid. minor. papav. rhæad. passul. minoribus & tantillo nitri paratum vel etiam ptisana laudem meretur; Vitetur omnis potus frigidus, acescens, fœculentus, recens, ac spirituosus. *Motus & quies* ut & *somnus vigiliaque* sint moderatæ ac tempestivæ, & ita administrantur, ut in his quatuor nullus excessus, nullaque defectus, sed justus observetur modus. *Excretiones & retentiones* non sint vitiatæ, imprimis alyus respondeat naturâ aut arte, urinæque profluvium liberum servetur. Animi pathemata præsertim vehementiora superius allegata, quantum possibile, laquantur ac vitentur.

Hæc sunt C. L. quæ breviter pro instituti ratione de pleuritide publici juris facere decrevi. Quodsi forte nonnulli irrepsere errores, TE, ut eos pro animi tui candore corrigas ac meliorem in partem interpreteris officiose rogatum volumus. Interim his si placet nobiscum utere & conatibus nostris fave. Deo autem pro concessis hætenus viribus ac præstito auxilio sit laus, honor & gloria in Seculum.

*Nobilissimo & in Arte Salubri Doctissimo,*  
 DN. JOHANNI DANIELI Schellwald /  
 Pro summo Honore Medico inauguralem dissertationem de  
*Pleuritide*, erudite conscriptam, in arenam  
 Academicam proferenti.

**P**leura forens, Laterum dolor inspicatus, atroxque  
 Tussis, anhelantis munera læsa animæ:

Febris, & ex tetra Pandoræ pyxide Luctus,  
 Nomina sunt diro fœda satellitio.  
 Nec tamen immanes, SCHELLWALDI doctæ, Dolores,  
 Plurima nec terrent Monstra Tuum ingenium.  
 Scilicet ipse Tibi sacras Epidaurius herbas,  
 Serpente evinctum porrigit & baculum:  
 His Viçtor contra Morbos audentior ibis,  
 Exilio pulsus sollicitudinibus.  
 Sic revocata Salus capiti Tibi rite corollam  
 Et merito nectet plurima floriferam.  
 Sic lateri cedent Dolor atrox, Tussis anhela:  
 Febris, & infani monstra sodalicii.  
 Ast lateri junget Tibi dulcis Hygeia merenti  
 Delicias, Risus, Savia, Divitias.

*Extemporale hoc duratura benevolentia & amicitia moni-  
 mentum manu & mente, nomine atque reapse erigit*

HENR. CHR. DE HENNIN, D. & P. P.  
 Art. Medicar. & Humanior.

Ἰησις τοι ἀνὴρ πηλῶν ἀντιξίος ἄλλων,  
 Χάρμα μέγ' ἀνθρώποισι κακῶν θελητὴρ ὀδυράων.

*Hoc & sibi & aliis de Nobilissimo Candidato, Cognato &  
 Conviçtore suo, nec non Auditore per aliquot annos ma-  
 xime industrio promittit fausta omnia apprecatur*

GEORGIUS OTHO, Lingg. Orient. & Poët.  
 Profes. in Academia Marburg.

Post exantlatos tot nocte dieque labores  
 Serta tibi, Frater, doctus Apollo parat.  
 Ipse mihi lætor: Tibi partos grator honores:  
 Det Deus, ut certam sentiat æger opem  
 Sic mihi, sic Matri, sic Fratribus atque Sorori  
 Gaudia, sic paries commoda mille Tibi.

*Hac Fratri suo ad Summos in Medicina Ho-  
 nores adjicere voluit ac debuit*

JACOBUS Schellwald / Eccles. Ref. Pastor.

Si Musa laude dignum  
Virum vetat perire:  
Tu perge, chare Frater,  
Et improbo labore  
Ut hæcenus solebas,  
Ascende summa Pindi:

Ego Tibi mihi que  
Grator Domoque nostræ:  
Sit laurus ista felix  
Myrtusque mox venusta  
Doctas comas pererret!

*Sic Fratri suo de Summis in Medicina Honori-  
bus ex animo gratulatur,*  
JOH. ANDREAS Schellwald/ LL. Stud.

Quum tot insomnes Te agitare noctes  
Cerneret Phæbus, neque non Hygea:  
Hæc Tibi, Frater, tribuit favorem,  
Ille coronam.

Nos Tibi tantum Superos faventes  
Et decus pulchrum quoque gratulamur:  
Plurimis ars ut Tua profit ægris  
Faxit Iöva.

*Paucis hæc Fratri suo accinebat*  
PHIL. WILH. Schellwald/ SS. Th. Stud.

Am mea Musa humilis non grataretur honores,  
Quos animi dotes promeruere tui.  
Adjungendum aliquid dulcis jubet usus amoris,  
His etenim paucis gratulor ergo tibi:  
Si PIA MENS aliquem, si quem labor, ardua si quem  
Sedulitas summi tollat ad astra poli;  
SCHELLWALDUM merito nunc laudum tollat ad arces,  
MENS PROBA, sedulitas, improbus atque labor.

*Apponit*  
*Hæc paucula in perpetue amicitie resseram Nobilissimo  
& Doctissimo Dn. SCHELLWALDO ami-  
co, & quondam convictori suo charissimo*

JOHANNES LUDOVICUS Mainz  
Rotenburgo Cætus S. S. Minist. Cand.

Dum

**D**UM SCHELLWALDE doces quid sit *Pleuritis*: Et unde  
 Proveniat. Laudes nos Tibi Jure damus.  
 Nam prævisa minùs possunt ut tela nocere,  
 Sic Duce Te poterit Pleuresis illa nihil.  
 Nec mirum. Præter causas, Medicamina monstras  
 Aëgris in morbum hunc fidus, & arte potens.  
 Non opus est dubio. Tua Te certatio laudat  
 Hippocrati similem. Quod Tibi Nemo negat.  
 Hinc, reor, exurgent tandem Tibi mille Triumphi  
 Artis non tantum; Verùm & Amoris. Habe.

*Hoc exiguo non exiguam testabatur in Dominum  
 Doctorandum Benevolentiam*

A. CONRADTS, SS. Theol. Cult. Duisb. Clir.

**B**Ergebens will nicht seyn die arbeit unser Hände /  
 Die schrifft erfahrung lehrt / an jeglichem welt ende /  
 Dies zeigt Herr'n Schellwalds Prob, daß er hatt wohl geschickt /  
 Der Wälder ihre rind'n / biß er sich zugesellt /  
 Hippocrates sein Kron / der ihm auch hatt bescheeret.  
 Nach seinem steten Fleiß / daß ihn nunmehr gehbet.  
 In grosser billigkeit / die Doctors ehren Khron  
 Dies ist es das sein Fleiß / ihm hatt gebracht zum Lohn /  
 Gott geb euch Werth'ster Freund / Glück und reichen Segen /  
 Daß ihr in euer Eur / möcht alles wohl ablegen.

*Dieses wenige setzte dem Hr. Doctorando auf wolle  
 meinender schuldigkeit in aller eyll hinzu*  
 J. CASPAR KERSTEN, Hass. Th. Clir.

**H**ic nummos, alius frumenti condit acervos,  
 Ast utrumque citò perditur & rapitur.  
 Sed Clariis quem juvat aquis benè tingere pectus,  
 Thesauros stabiles colligit ille sibi.  
 Carpisti SCHELLWALDE viam magni Sapientis,  
 Musarum castris antefereus nihilum.  
 Hæ meritas tribuant & perpetuas tibi laudes,  
 Munere teque suo mox Cytherea bect.

*Subjicit*

*Hæc qualiacunque sincera manu & amico potiore*  
 H. G. de GOSTORFF, LL. St. Horsta-Colonicani.